ut sit quinque vel quatuor foliorum radicibus fimo recenti ob-
ligit ¶ Et q inicit in loco ubi sunt seminaria cumulata et se-
minatis areis plantetur circa ipsius ab utraque parte siliculorum. Et
potest fieri in areis ubi sunt melones et citruli aut cucurbite
cum incipiunt ramos extendere sive sint ibi cepe sive non que
remanebunt remotis melonibus citrulis vel cucurbitis.
Blita frigida et humida est in ii. gradu laudabilis cibum generat
ventrem humectant et convenit calidis natura accidentaliter calefactis
et sitim extinguit ¶ Blita lendes et alias inmunditias
capitis et faciei maculas emendat ¶ Capillos capitis re-
parat et conservat malos humores nutrit si nimis sepe in usu
habeantur ut dicit dyas. ¶ Rz. aut dicit quod super eius radice sic
et super caule potest plantari surculus quando tandem coroborata
radice in arborem transmutata. De Boragine Rubrica

13 Borago seritur mense augusti et septembris et optime
de mense aprilis vel sola in areis vel circa novellas
areas aliarum herbarum nec apte aliis temporibus seri potest et trans-
plantatur congrue fere toto tempore anni ¶ Semina eius colligitur
semini matura ne de siliquis suis cadunt et herba cum seminibus
per duos vel tres dies ponitur in acervum ut semina maturita-
tis recipiat complementum ¶ Et super lectamine conteritur super quo
semine facilime cadit aliter enim haberi non possunt ¶ Semine per
duos annos servatur ¶ Borago ca. et humida est in primo gradu
habet proprietatem leticiam generandi si in vino missa potui detur
Cor enim valde confortat vinum valet cardiacis et in aqua cocta
et cum melle aut zuccharo potui data canales pulmonis
et gutturis optime mundat. Optimum sanguinem generat unde valet
convalescentibus ex egritudine ¶ Sincopizantibus cardiacis et
melancolicis comesta cum carnibus vel condita cum sanguine
Contra sincopim detur sirupus ex succo eius et zucaro

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1069/0254
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG